



Bl. 1

Fratriis Baptiste Ban-
tuani Carmelite Theologi de morte Colle vi
ri prestantissimi et amicorum optimi ad Joā-
nem Baptistam Refigerium Bononiensem

R 58.

G W 3269

a
1



¶ Pratis Baptiste Mantuani Carmelite
Theologi de morte Colle viri plantissimi et
amicorum optimi ad Joannem Baptistam Refri-
gerium bononiensem. ¶ Consolatio incipit

¶ Prefacio.

v Elicie sacri fontis celeberrime cultor
Etrusce baptista lyre plectrig; latini
Qui veteres riuos bibis: et noua flua phebi
Dulci loquus multū vates vbi proluist ora
Extinctū nostra dici testudine Collam
Poscis: tantique me regna reuulere dyces
Oblitum per iter: lucosq; subire silentes:
Rupit vbi sanctos mōstri grauis vngula fontes
Cogit amor parere. tñ graue pondus abhorret;
Debilis et raro virtus exercita ludo
Ingrediar ducēte dea: cursumq; regente
Summa leui carpens laudum fastigia tactu
Atcq; fugans curas tristi te fasce prementes
Alpennini genas imbi Calliopea per alpes
Assiduo a: longum cantus modulata laborem
Faller. et ad tepidos gelidios in vallibus amnes
Metomitanus: vacuis meum spaciabitur antris:
Et dabit: in reditu que dem tibi munera nostro.

¶ Consolatio.

r Ore Meduseo quisquis perfusus: et arce
Fretus Apollinea Collam virtutibus atcq;
Eximis veteres equante moribus annos
Mititur: et partas non uno munere laudes

Ore pari meritis: dignoq; reponere versu
Immensum lateq; patens se mittit in equor
Non nisi iam fesso subiturus remige portum
Eler erat hic: quem dum terras pietate carentes
Inq; glycaonios redeuntia secula mores:
Flammineamq; premi bellis ciuilibus urbem
Elidissent superi: fractis misere daturum
Rebus opem magnam: paci auxilioq; futurum
¶ Eler erat hic quem dum similem viri orbis habebat
Evius vastus: rapuerunt iniuida fata
Consilio bonus: ore potens: pietate fideq;
Integer: ingenio sollers: sacra pectora plenus
Artibus ingenuis: et tempora virgine phoebi
Dignus obumbrari: mores bellicq; rogeq;
Ante alios doctus: patrie componere pacis
Ocia: ciuiles totis conatus iras
Frangere: precipites vulgi sedare tumultus:
Alleum seruare inopem. succurrere egeno
Promptior: O quotiens rixas et iurgia turbe
Sustulit e medio: quotiens surgentia pugna
Germina succidit: primoq; represlit in ortu
Scepe recrudescens odium: iam federe fracto
Ardentesq; minas abigens: fera bella diremit
Mque forent orbi: seruata prole parentes
Fecit: et obscuro mortis delinque rapta
Misit ad afflictas sua dulcia pignora matres.
Sepius et vetuit tristes incedere pompas
Funeris: et teretis ferri per compita tetas.
Odignum Silios hoim qui vincere annos
Et chalcidice vatis transcederet quum

Omne bonum: paucis pperans elabitur horis
Inuisasq; domos hoim: pollutaq; linquens
Atria: syncerum petit vnde recesserat orbem
Non secus ac varijs emissi fontibus amnes
In magnum resuuo voluuntur nerea cursu
¶ Nam quod amant superi: procula tellure lutoq;
In sublime vocant. Terras pauperima regna
Egregijs spoliant animis: dicta corona
Julia flamma: puer phryguis: Iouis hispida nutrit
Et fera quam circum Rypheus voluitur orbis
Qua piger in gyrum reuehit sua plausta bootes.
Hoc docuit: testantur idem noua funera Coll^e
Et quicquid placuit superis: rapit arduus et her
Orbe peregrino genitus: licet aduena nostris
Sedibus: cuboij; esset nouus incola campis
Fregit vbi audacem romana potentia Pyrrhum
Felsinia tamen orbe senex donatus: adibat
Sancta bis octeni semper consulta senatus
Hic populum primosq; patres: gentemq; sequutus
Bentinolam: genus excellens: et amabile nomen
Flammea: dentat^e cui sunt insignia ferre
Magna quidem: meritis tamen et virtute minora
Dona tulit: domuiq; sue decus addidit ingens
Qualis in estiuo fessis est aura calore
Quoni rauco longos exercet gutture cantus
Eler aurora tuus: quumq; hispida pectora nudus
Falce premit: campis albentibus: ordea messor
Qualis in Jonio iactatis equore nauitis
Est sinus: et dulces riui sicutibus vnde
Qui virides modico fluit inter murmur e ripas:

¶ Atq; breves vitreo voluit splendore lapillos;
Qua& t ardenti quum Dglius ignea curru
Herculeq; premit ora fere: morientibus herbis
Humor & alti uolis effusi nubibus imbris
Uir erat hic talis miseris & egentibus. ante
Quam fore illius: facies tua: funere tristis:
Uenit ad exequias. & lamentabile munus
Turba frequens & ad usq; locum cantata sepulchri
¶ Tristia tum largo tosis vestigia fletu:
Auxit cum plebs atq; patrum venerabilis ordo
Affuit ambrosij proles: pulcherrimus heros
Et patrie princeps & libertatis amator.
¶ Mitia cui sortem promittunt fata secundam:
Et veteris mestum lachrymans ad funus amici
Presenti miseranda dedit spectacula turbe
Si nostraras fugit ille domos: fruituraq; celo
Marmoribus gelidos mens ignea deserit artus
Tu collam Baptista. graui merore: iacentem
Prosequeris: lachrymisq; modum non ponis amati
Fata senis: longo deflens inimica dolore.
¶ Consolatio ne ploretur amplius in casu pdicto
Ed iam: luminibus planctu: decet ocia: fessis
Reddere. iam cessare monet suspiria tempus. A
Et satis e hucusq; viro luxisse quid omnes
Spargis in hoc casu lachrymas: inimica quietis
Sors: tibi multa feret luctu non flenda minor:
Paulatim lamenta moue. ne clibera curris
Lora dato: totosq; sinus ne pande querelis
Una dies uobis non est ploranda: sed q; tas
¶ Tota per aduersos homin fugit anxia casus:

Merori gemitus aliquot seruare futuro
Ne pigeat lugubre aliquid lux altera portat
Quod doleas: aurora refert heu crastina semper
Colla tibi lachrimas agitataq; tempora linquens
Liberabit:claroq; procul sublimis ab orbe
Despicit: equoreos fluctus humanaq; recta
Et caligantes nebulis vmbrantibus agros
Iridens hominum curas vanosq; timores
Mortis & insanum terrene fecis amorem:
Undiq; cedentes e quo discrimine terras
Mirantem: pudet his tantum latuisse sub vmbra
Uirilibus exemplis res insinuare latentes A
Cogimur: & nummis cognoscere maxima fas est
Si pecus in tenebris: & opaco semper ouli
Clausis sit ignoransq; diem. sub nocte senescit
Rauca nec audierit salientis murmura riu:
¶ Nec fontes biberit gelidos: nec amena videntis
Rura soli: nec opes florantis viderit agri
Non cupiet ceci trans pallida limina tecti
Ferre pedes: assueta summo brevibusq; latebris
Sed que gramineos saltus cognovit & amnes
Quęq; solet molli recubans in gramine natos
Mirari inter se tenera colludere fronte:
Et saltu in pratis dulcem exercere palestram:
Nane memor ruris: balatibus hostia crebris A
Pulsat: & ad flumios rogat & dumeta reduci
Sic qui mente polum fuerit transgressus. & tallos
Viderit eterno fulgentes lumine campos:
Zetaq; perpetuos aperire rosaria flores:
Non metuit tua ligna charon: nec flumina letheis

Mec pauerit ad triplicis latrata guttura monstri:
Mec trepidat: densa quibus ignorantia segnes:
Nube tegit vultus: pronasq; in tartara frontes:
Semper habent: nullumq; gerunt in pectore numen:
Heu demens: heu mentis inops: heu luminis expers:
Qui solas miratur opes telluris: t vnde:
Mec videt ethereus cur tot splendoribus axis:
Luceat: t pulchros accendat aut delius ignes:
Sidera cur tanto surgant vestita decore:
Alterneantq; vices: t certa lege ferantur:
Scilicet arrident nobis celestia: nosq;
Zeta vocant: vultuq; inuitant alstra sereno:
Nos bona sola rati: tardos que proxima sensus:
Dulcibus illecebris vincunt: curare solutas:
Credimus hec eadem: tanta est insaniam mentes:
Que peiora colunt anime loca: forsitan auras:
Ad superas sineret modo lex: diuina redirent:
Sed que foelices: habitant immobile celum:
Quasue sub obscuris cruciat breuis ignibus ardor:
Hee. neq; si liceat repeatant mortalia membra:
Illecte campis ille melioribus: iste:
Ult citius terfa veteris rubigine recti:
Ad suprema volent curvati limina mundi:
Accipe nec veteres: iterum cognoscere chartas:
Deniteat: claro obsceneam rem percipe casu:
Naibus instructis: euthina per equora: Colchi:
Aesonide in patriam fugientia vela sequentes:
Ult regis natam raperent: aurataq; furta:
Curua diu postq; legerunt lictora circum:
Remigio absumpto: fessis iam pupibus: Istris

5

Grandia conuersio: subierunt ostia prioris
luminis: hospitibus ripa arrisere virentes:
Atq; recedentes herboso margine campi:
In loca venerunt egris contermina nostris:
Illiicum iuxta pelagus: ripa inq; Linauis:
Mirati foelixq; solum secundaq; rura:
Et noua regna magis phebo vicina calenti:
Oblitioq; larcs patrios: t frigida ponti:
Rura. suas alio sedes sub sole locarunt:
Et fluui o per quem fluctus liquere marinos:
Traxerunt. qd adhuc retinet cognomine: ab Istro:
Qs se terra ferat: t agri melioris imago:
Elsq; adeo scythice durissima pectora gentis:
Flexit: ut t dulcem patriam: charosq; penates:
Sponte sua liquens: italis considerit oris:
Cur animas que iam pedibus caua sidera calcant:
Et quas pena breui minor afflictura dolore:
Vittie ad ethereos paruo post tempore ciues:
Jam curare domos stolidi miramur auitas:
Alspice que graui recitent oracula vaticis:
Quando anime fatis iterum cogentibus: atrum:
Corporis hospicium subeant. ne sorte reuerti:
Ante suum pperent ad cognita gaudia tempus:
Ecce soporiferae potant obliuia Lethes:
Sommiferosq; bibunt redditure in corpora fontes:
Ult sic inimicio: castris hostilibus errent:
Impavidosq; ferant inimica per agmina gressus:
Dicta licet sint huc mendacibus eruta chartis:
Ipse tamen studuit doctis monstrare poeta:
Versibus: infense genus id lachrymabile vite:
B

Cum tolendū: cū pōdētcs hāc vitam bona nō pōdant
cū in ea bona non sūnt

Imagē: cum luteo fractis e cercere vīncis
Euolat in tenuis liber iam spiritus auris
Quē bona: vel potius quē non mala pōdimus: errat
Quisquis in hoc aliquid connexi fornicē mundi
Syncerum putat esse bonum: miscentur amaris
Dulcia: incundis nostros tristitia sensus,
Mēstasq; cum letis: cum mollibus aspera surgunt
Cēcaq; subvertit fallunt mendacia vultu
Et mala: fronte boni assumpta: bona se esse fatentur
Sicut amara venit dulc' cum gramine taxus
Sicherbas inter crescent aconita salubres
Altq; nocens fallit: sub nullis imagine virus
Eum violis oritur: teneris inimica puellis
Hostilesq; manus mordens vītia legentum
Copulat vīlibus pater ipse nocentia: ne dum
Vndeq; pace fruens: sibi nil videt esse timendum
Mēns hōm̄ turpi iaceat et soluta quiete
Juppiter ante suum statuit duo dolia limen
Lēnum felle viret: dextrum caput aurea mella
Quando leues anime celeri per sidera lapsu
Septenosq; orbes: proprijs ybi cursibus errant
Saturnus mars: luna venus sol Juppiter hermes
Cum lachrymis iras: cum leto tristia risu
Accipiunt secumq; ferunt nec innoxia membra
Sunt que cerulei plenum cratera liquatis
Sunt que mixta bibant cum glauco mella veneno
Nel nulli sine felle datur: quia pura voluptas
Mortales pertesa domos: et sordida tecta

Lactans
yū aleia papuina
trū

Aurea cesserunt Joue principe secula: postq;
Et rosere hominum mor'daces pectora cure
Fugit in ethereos nature simplicis ignes
Et superos inter:claro versatur olympos
Sufficient nobis celeberrima temporis humus
Attamen antiquis exempla petamus ab annis.

Ecōelo ortas esse discordias
Rima deum: sacris legitur discordia chartis
Celestumq; graui motas in bella ruisse
Seditio[n]e domos: aciesq; in tartara victas
Ténariosq; lacus et luce carentia regna
Se turpi vertisse fuga: non nouerat ante
Bella recens orbis: sed primē exordia pugnē
Tunc peperit coelum: teneris vagitibus ipsa
Parvus adhuc: et adhuc infans cumabula mundus
Implebat fabricante deo noua semina rerum.
Progenies modo nata: vtero vix edita matris
Mondum nata: rudes animos acuebat ad arma
Ista malis labes morbi hec contagia nostrum
Inuaserē genū: fraternalq; pectora primum
Funestis accensa odio: docuere nepotes
Hostiles armare manus: non missus in vsum
Letifer ensis erat: nec diri lamina ferri
Bella geri pugnō: primo cepere sub quo
Hinc oritur pugne nomen. mox aspera cornus
Fraxineq; ludes: atq; vsu prelia docet
Arma fuere fer: vastos acrelq; molosos
Spartanosq; canes: et apertis dentibus apros
Et pedibus bifidis et acuta fronte minaces
Silvestresq; vires: et aduncis vnguisbus virlos

W ij

Atq; lupos pecori infestos & ouibus hostes
In bellum structo ducebant agmine gentes
Mox faber: adductis accendere follibus ignes
Cepit: & tancipites gladios: latesq; bipennis
Conflare: & leues galeas: ocreasq; nitentes:
Ulnificiq; aciem chalybis prefigere ligno
Et telis armare manus: & tela vencio
Cum clypei: pinneq; breves: lituiq; tubeq;
Elenere: & raucis stridentia cornibus gra
Cum didicit calaber sonipes resonantia frena
Mandere & armatos equites in paelia ferr
Oppida cum fossis: circumdata. moenibus urbes
Et procul aduecte peregrino a littore merces:
Tunc abies montana fretum sulcauit & alnus
Incrementa mali: tepefactis sanguine terris
Tunc etiam nostra rubuerunt equora cede
Uexauitq; omnes pelagifuroz hosticus vndas:
Cum procerum delecta manus: tñ typhis & Argo
Inclita phryxeq; petierunt munera lang
Iam nullus sinecedelocus: paix nulla per equor
Et fluctus equitant naualia bella marinos
Nulla quies terris: totum scelus occupat orbem
Tristia quid memorem Thesee carbala puppis
Quid senis interitum: quid tec mestissima virgo
Quam seruatus amans: protecti ambage soluta
Liquit in egea solam crudelis arena
Quid iuuenem laceras matrem: qd amazona: recepta
Confusa m; domum Priami: Troiamq; ruentem
Atq; diu ob Paridis fraudem: lacet demona mestam
Quid genus Eneadum: Darij quid regna potentis

Lapsa canam: quid rapta brucis tentoria Pyrib
Et siculos lybico spinantes sanguine fluctus:
Pretereo que gallus Arar: que mouit Araxes
Prelia que Rhenus tulit: & que diniti labens
Alme Tagus: tacco profugum: paruoq; latenter
Mauigio Eserni. paulo qui classibus ante
Merea ceruleum: spumisq; albentibus vndas
Fregerat: & nymphis molem mirantibus: equor
Strauerat iratum: freta peruvia fecerat altis
Pontibus: & latum bello tremefecerat orbem
Te quoq; pretereo fidibus pietate manus
Carmine & insignem. tua quem pulcherrima proles
Visit in arna senem: luctuq; affecit acerbo.
Dicte Alenorides infelicissima thebe
Classica. & armatos in mucua vulnera fratres
Atq; Thyestis fumania viscera mensis
Quid sibi vult Progne pectus signata cruentum.
Quid Tereus turrita caput sua quelibet etas
Quilibet orbis habet regio momenta malorum
Mene putas solos includi hoc turbine reges
Felicemq; dari tecto sub paupere vitam
Musq; tuta quies: que querimus ocia nusq;
Eschilus effugiens hoim consortia: solus
Errabat campis: non illi regna nec urbes
Non preclara domus sublimibus ardua saxis
Non tepidis pecus in stabulis nec montibus ullum
Vulta nec apicis in collibus vna: nec ampli
Jugera lata soli: nec arabit mercibus equor
Hila sorte datum: quod perdere posset habebat
Carmen opes: & pomacibus: tectum fuit ethere

Ocia seculo inuidit tam dulcia vari
Et tandem meditans hoem qua falleret arte
Inuenit fortuna viam: testudine lata
Quam moto littorea raptam de valle ferebat
Alera per vacuum: rapido Iouis armiger vngue
Percussum caput: in partes heu quartuor actum est:
Et sacrum dura fusum est tellure cerebrum
Pierides ducto solemini funeris ritu
In ceteris foelicem animam misere deorum
Preslia leuat: premit alta manu fortuna potenti:
Sollicitat mentes hominum: noua murmura gaudet
Surgere: virtuti insidias: et retia tentit
Reddere foelicem fertur voluisse Metellum
Sed vertuit rapidis ex ignibus eruta pallas
Zeta nouis rebus: fallaci perfida vultu
Decipit audentes: timidos elata repellit
Fata probant istud samij metuenda tyranni
Cui datus ex imis iterum fuit annulus syndis
Sors adeo tum mitis erat: tam leta fauensqz
Insidijs tandem captum: crudelis Oroetes
Jussit in excelso lapidosi vertice montis
Affigi: predamqz feris aubusqz relinqui
Hoc dolendum cuncto pueriat mors qd dieqz moriamur
Vid brevia incerte fugitiqz tempora vite
Stringimus: et atem properantia sidera nostra
Diripiunt meliorqz prius pars occidit eum
Est tamen irdoctum vulgus que fallere possit:
Falsa doni species: quam qui comprehendere frustra
Mititur imprudens et spe se ludit inani
Hic est falsidicis sua qui quiescit in vndeis

Ora pueri: mo nos: retinens cum noie formam
Appenninigenz prope sarea flumina rheni
(Silua p vmbrosas vbi surgit plurima valles) 41
Dum cupimus morbos abstergere corporis egri
Porretqz iugis riuos potare salubres
Etidimus humanqz speciem viteqz necisqz
Hic querqus patet annoso que putruit quo
Et procera abies ramoso stipite siccis
Fundit humis crines: crebris quam lata securis
Tectibus excidit: dum mox a rupibus altis
Pulsa: redit resonatqz cauis in vallibus echo
Hic alni tiliqz cadunt: hic fraxinus ingens
Precipites iuxta ripas que creuerit amnis
Proculbit glarea: cum glandibus: eruta saxis
Utere novo clamans qn ruit vnda nivosis
Glandiferas illic austri violentia fagos
Strait: arenoso implumis iacet equore truncus.
Solum agis vmbrosa feris habitacula quondam:
Garrula frontoso dulcesqz in verticem dos
Fouit anis: cecidisse domos miratur opacas
Sic hoies ad fata vocat non exitus idem
Hic gladio cadit: ille amnis in fluctibus: alter
Mergitur. alter equo labens. iouis ignibus alter
Oppicit. et varijs mors omnia casibus ausert
Quicquid alit tellus. auida vorat improba sauce
Magna deum mater: grandi turrita corona
Ideo lybicos que copulat are leones
Perqz vibes phrygias agit: et p dindyma currus
Quicquid inest nobis fluxum mortale. capaci
Ipsa regit gremio: vite nuda ossa future

Seruat: et implendos auris melioribus artus.
Pallida et informi macie tenuata: recisis
Maribus. effossis oculis mors: arma veneno
Tincta gerit stygio: spuma canis ore trisaucis
Quae fluit irato cuni: murmura pectori guttur
Pauca mouet tumidum: et densi stant corpore villi
Cum rictus aperit: vallataq; dentibus ora
Scintilleq; micant oculis. et vincula rodit:
Secundam telis pharetram: namq; gaea loia
In leuum latus ex humero labentia dextro
Suspendunt: his longinquos certo eminus ictus
Vulnerat: et validis exercita viribus: harpe
Corripit astantes. nam cominus vititur harpes
Mene putes angusta deq; data regna severe
Quod mare quod tellus: quod habet circumflu? aer
Mors tenet: ipsa casas humiles et marmora regum
Mal verita ingreditur: mors legibus imperat equis
Quid iuuat assiduo curas augere querelis
Altq; diuturnos: fendi nutrire dolores:
Non reuocant surdos hominum suspiria manu
Mostra nec extinctis possunt lamenta mederi
Qui semel occiderit dulcesq; reliquerit auras
Non illum nostri gemitus non humida fletu
Lumina: non pullo tecte velamine frontes
Contractum ve supercilium: non plurima mento
Cesaries: non ora situ pallentia turpi
Sed neq; dona deum templis congesta iuuabunt:
Hanc si forte due legem fregere sorores
Que fratris potuere animam reuocare sepulti
Montamen hec nobis sunt expectanda deum rex

Hec facit et raros miracula seruat in usus.
Donice mortales curas. qui condidit orbem
Ipse regat. sua ne pereant custodiat ipse.
Profutura nihil fileat querimonia: nam res
Non alio nisi quem fixit deus ordine currunt.
Alstra ipso torquente meant. oriona magnum
Etereaq; exustos spectatantia sydera tractus
Et cum ledeo pulchram cepheida cygno
Eversat: tarctoq; ignes frigentia signa.
Ipse pius pater et princeps dux optimus idem
Cunctorumq; potens. quicquid descendit ab illo
Ferre decet. nec enim quicq; dat in utile nobis
Quum tortiens illum precibus pulsamus ineptis
Arbitrioq; regi petimus celestia nostro.
Non puer Alstanar matri non chara Chreusa
Redditur Enee. frustra sua pignora deflet
Alusa nimis Niobe. frustra vocat hectora mater
Infoelixq; parens vanis clamoribus aures
Compleat: et incassum prope naufragia busta mariti
Flebilis halcyone plorans astra impia iurat
Crudelesq; deos iniustaq; numina ponti
Qui teris arguteneruos testudinis orpheu
Quid canis ad surdos rapta pro coniuge manes
Fata redire vetant: et lex immobilis orci
Quid frustra Alcydes puerum perlittus et agros
Queris hylam: dum te insano clamore fatigas
Ille inter dulces vitreo sub gurgite nymphas
Degit: et istius mundi non amplius auris
Elescitur exanimis extincti corporis artus
Odit et intenebris non vult mens libera claudi

Tu quoq; quid surdum quondam florentis amici
¶ Quotidie iroras lachrymis baptista sepulchrum
Cerebra quid infestant egrum suspiria pectus
Quis ne diu quatiunt singultus ora trementes
Quid ne times claras exuto corpore mentes
Immortale quibus nomen largita nepotes
Gaudet ad illustres proauros ascribere virtus
Quasq; salutiferum noua lex lustravit ad amorem
Altq; suum solitas tacito sub iudice crimen
Diluere. et sacros calices libare quotannis
Ire sub obscure stygis irremeabile flumen
Exiliumq; pati. non hoc benefacta merentur
Non sinit hęc pietas. iusti clementia regis
Hoc prohibet. sceleri sua sunt. sunt et sua laudi
Premia. nec tectis coeunt post fata sub hisdem
Candidior virtus. nisi doq; simillima phoebo
Et miserum scelus obscura fulgine tectum
Illa volans pulchrum tremulis caput inserit astris
¶ Hoc pressum grauitate sua se in tartara condit
Ista duas fecere domos amplissima tecta
Orbe alio secreta animis habitacula nostris
Viuimus hoc mixti mixtiq; recedimus quo
Confusasq; tenet probitas cum crimine sedes
¶ Sed post fata deus mentis loca debita fixit
Labitur hec inter superum pulcherrima sedes
Ether agens ignes auras atq; equora secum
Infusa terra iacet lugenti conscientia turbe
¶ De triplici homin genere vñ pbat no posse Collam
apud inferos detineri Et primo de damnatis
Unt quos a vicio sediq; libidine ventris

Blandicie nulle nullusq; diuellere terror
Eualeat penitusq; bonis abeuntibus herent.
Et veluti sua lustra sues et olentia tecta
Preponunt regum laribus. quos nobile circum
Vestit ebur pario tellus ubi marmore fulget
Auratumq; gerit citius peregrina lacunar
Curuatisq; deum pulchra testudine templis.
¶ Sic hominum genus istud ingens et inutile prefert
Ocia. diuicias venerem conuicia coelo
Hos procul a superis celis decemplicis axe
Depulsos cruciat fundo niger orcus in imo
A flammis ad aquas. ab aquis rapiuntur ad ignes
Inuitiq; graues coguntur solucre penas
Mec duris his metam posuit meroribus ardet
Ignibus his primi proles homicida parentis
Et phlegyas. ausuq; deum detrudere celo
Et lapidum magna confusi mole gigantes
Hic quos inmani tellus absorbit ore
Dum peterent solymos colles promissaq; regna
Tantalus hic sitiens liquido miser estuat amne
Malaq; porrecto sequitur fugitantis rictu
Et qui carminibus magicis dum ludere romam
Temptat et insuetis homini secat aera pennis
Barbarico latios reperficit sanguine colles
Hic Tycius lacerumq; iecur pectusq; cruentum
Prebet auipenneq; noue noua suggestit exta
¶ Hic iacet immumera princeps cum prole suorum
Quem geminum referunt inter magna sepultum
Romaniq; pio perfusi sanguine reges
Hic gemit Ixion. premit hic tua terga Typhee!

Hic labo^r assiduus sarcis volubile pondus
Nulla quiescendi tibi tempora Sisyphē donat
Nam te dūm repetis marmor dūm rupibus virges
Ulerberibus duris premunt et clamore megera
Et Danai natis pereentes ocia nymphē
Nulla sinunt. versis opus omne labitur vniſ
Hic pendet luci inuisus. tenebrisq; minister
Uisceribus terre fusis et gurture fracto
Bissecu^le solitus curare negocia turbe
Et qui septeni mores numerumq; senatus
Fregit ad artei rediens precepta magistri
Et diuina quibus vila est nimis aspera virtus
¶ Degeneres anime per opaci tramitis umbras
Perueniunt hic eterna sub morte sepulte
Exilium lugent. et iniquę perdita vite
Tempora perpetueq; rigant lachryme ore cadentes
Hec sortem sperata quies solatur acerbam
Namq; adeo labes imis concreta medullis
Hesit. ut hanc nullum penit genus eximat vnoq;.

De purgādis hominī animis

Unt quibus aspectu superi incliore dederunt
Mitius ingenium minus implicitumq; tenebris
Corporisq; minus pressos caligine sensus
Hi qz furnis contra nitentibus acrit
¶ Decertent pugna: tripliq; premantur ab hoste
Expectata tamen requies finisq; laborum
Ult maculam suprema dies exemerit omnem
¶ Reddetur tandem nitida victoria fronte
Dulchia genas succincta sinus verecunda decensq;
Nexa caput lanis niueis inuecta quadrigis

11

Eulis odorato flavi de vertice crines
Terga petunt summā: per frontē et tempora currentis
Obuehītur nodosq; coit post occiput aurum
Candida que ex humeris fluit ad vestigia palla
Sceptra manu gestat domite longo ordine gentis
Agmen agit mestum: victrica carmina turbe
Emeritasq; canunt laudes atq; eseta circum
Gramineē pendent et querna ex fronde coronē
Quadrupedes niuei quorum caput ardua ceruix
Eleuat argutum redeunte ad pectora mento
Incessu parili phaleras et ephippia gestant
Talis ab ethereē victoria membris urbis
Obvia procedet. viridē chorus omnis oliuam
Porriget. et frondes tellus quis barbara nutrit
Defelicibus et beatis hominī animis
Unt que diuino perfuso nectare mentes
In purgata magis labuntur corpora quando
Fortunata iuuant clementi sydera vultu
Hic oritur coniunctus amor virtutis et omnes
Aduersos superant inuicto corpore casus
Et quia deberi norunt virtutibus astra
Lubrica derident inimice tempora vite
Non has asperitas facie truculenta minaci
Non infida potest blando seducere vultu
Prosperitas patiens equi constantia mentis
Fortune obliquas vencit mutabilis artes
Siue cadunt imbres siue conterat hordea grando
Frigore. quam mediis fugiente coagulat ira
Seu nothus in boream pluuijsq; madentibus anster
Surgat et in zephirum violentior irruat eurus

C

Turbineq; ingenti. campos freta tua era vexent
Concauæ seu pulso crepitum dent nubila vento
Sine per obscuras terre leuis aura cauernas
Que fluit occultis nature viribus acta
Terreat horrisono mortalia pectora motu
Nil trepidant Etenim mentem sub ponder e nullo
Idose premi norunt. hec tabescientia membra
Non victura diu ruituraq; tempore paruo
Esse ciuite animi eterni resoluble templum
Hic cum fata vocant. quin leti funeris hora
Elenicit abiecta spolijs mortalib; amictu
In sublime volant atq; seu fume soluto
Quam nimis optati studio certaminis ardens
Non bene compressis vinctis rate fixerat alta
Letæ manus iuuenium telis arcuq; petendam
His celum quando subeunt redeuntibus: omnis
Celestum chorus assurgit pater ipse deorum
Sublimi solio residens fronte annuit alta
Admotoq; ipse expassis complectitur vlnis
Progeniemq; suam vultu confessus amico
In noua preteritos conuertis gaudia luctus
In reducessq; alacris partitur munera turbas
Dat torques humeris. et colla monilibus ambit
Et gemmis teretes digitos auroq; coronat
Chrysolito niter hic. flammantibus ille pyropis
Sunt qui berillis humeros pallentibus ornant
Et fuluo indomitum clanan adamanta metallo
Sunt quibus ignifero lucet carbunculus ore
¶ Purpureamq; rose faciem referens ametis chus
Qui baccho iuuat oppressos vinoq; madentes

Sardonios alijs gestant mixtum decus vngues
Et quem regine gratissima dona philemon
Misit t Arsinoe lapis induit ora puelle
Et quem conuuii solim mirantibus hausit
Conscia romane pelex mephitica pugne
Aurea collucent stellantibus atria gemmis
Atq; repercussis latè splendoribus ardent
Inter seccare putes splendore lapillos
Christalli glacies t Jaspis eiq; smaragdus
Concolor. et cui dat nomen cristatus Alectos
Quiq; refert vultu ferrum liuente Sideros
Et qui sicanio primum deuectus ab amnis
Gratus erat pitho: nec enim prestantior alter
Claruit añ illum nec posterioribus annis
Materiam natura sagax. non emula formam
Fecerat ars. omni natura potentior arte
In breuiore suis est viribus vsu lapillo
Hilapides ambiti auro argento ve decoro
Aut niueo mittit quem decolor india dente
Per frontem per pectus eunt per colla manusq;
Atq; per equales humerosq; agileq; glaciros
Qua ve snium cohibens exerto fibula dente
Mollis in se fluxu redeuntia singula mordet
Nulli pars inulta iacet regit ebria succo
Muricis hunc chlamis ille albo vestitur amictu
Hic viret hic croceo cultu inter alter Janthon
Induit ima regunt longe calcanea vestes
Extremasq; oras circum supremaq; labra
Gemmarum series curuata recurrit in vibem
Iste manu fuluis candentia lilia filis

Gestat et ille rosas mixto cantore rubentes
Sunt distincta sue sua cuique insignia laudis
Alliger insignis gladio et thorace incanti
Atria qui seruat primos in limine semper
Excubat: et iusto mores examine temptat
His quibus ad magni sublimia tecta tonantis
Pandit ingressus grato venerabilis orbe
¶ Eluite securi dicit veterumque laborum
Premia percipite et sedes implete beatas
Discite quid pietas et quid reverentia legum
Quid seruasse fidem quid flumina sancta subisse
Quid coelo delatus honor. quid tura quid ignes
Quid castum mundaque manus a sanguine et auro
Profuerint. gratesque pio persoluite regi
Calibus ingressi felicia limina dicitis
Immortale bibunt diuorum pocula nectar
Quantum quisque sit passim coniuua. passim
Quem nunquam partunt hilares fastidia mens
Omnibus una fames eadem sitis omnibus una
Sunt epule cunctis: sed non pars omnibus equa
Nam persona deo triplex coniungitur vni
Eui nostre sumant arecui vina sacerdos
Quotidie renouans altaribus orgia sacris
Inuitat populos ut eant quo munera misit
Sunt in ea quem cuncta docent mirabile forme
Ideas graui nostri exemplaria dicunt
Huc animique vertunt aspectu celibe vultus
¶ Occultaque vident causas et semina rerum
Et lata architypi subeunt penetralia mundi
Hoc visu succensus amor. diffusa voluptas

Flagrat. et eternis ea sunt coniuua mensis
Hinc fluit buc rerum series conuersa recurrit
Atque catenate proliis non una propago
Ferre gradus hic usque licet vestigia sistit
Quisquis ab hoc pelago littus peruenit in illud
Finis ubi cursus supremaque meta laborum
¶ Ecce igitur triplici distinguitur ordine tota
Congeries hominum Collam pluronius ignis
Non rapuit. loca non nouit pallentia virtus
Mec phlegetoncis unque fuit incola campis
Uel superos adiit vel certo temporis orbe
Exulat: et maculas lustralibus exuit vndis
¶ Non nunquam estiuis subito cum nubibus aer
Cingitur. et crebre fugiunt per nubila flamme
Et coelum in largos ventis luctantibus imbres
Solutur apricos volucris quem forte per agros
Pinguior et studio nimium tardante legendi
Rimandi que cibos et dulcia pabula nido
Corripitur vento et nymbis fedataque turpi
Puluere. iam grauibus frustra quatit aera pennis
Sed quum deuictis aquilo violentior austris
Disiecit nebulas. et frons redit aurea phoebo
Elestit et ad radios humentes explicat alas
Seque vie parat excutiens biememque lutumque
Conuerso in leues humeros et brachia rostro
Letior et siccis repetit sua pignora plumis
Sic Collam: si quas commissa piacula sordes
Et vitre nostratis hyenis subiteque procelle
Induerint. miti exilio breuis abluet ardor
Mox iter ingressus; primoque lucifer ortu

Despicit eos arabas et littora rubra
Oceanicq; vndas dubia sub luce trementes:
Et qua purpureo coniuncta Litonia vultu
Matutina pluit gelidos in graminita rotes
Ibit ad igniferos orbes et in ardua templa
Qua duodena meant obliquo limite signa
Transgressusq; iugum celi glacialis in altos
Elysij veniet superum pomaria campos
Quare age: depositis luctu: merore: querclis:
Indue le positas vestes. frontemq; serenam
Regna nec iniudeas patrie melioris amico
Fociles imitare Gecas: qui extrema suorum
Leticia celebrant: et dulci funera cantu

Finis huius opusculi

Ad lectorem Distichon
Quale vides iam nunc opus id contendit in ora
Cultius ut redeat: mestig corda leuet